

K-QL  
673  
S32  
1882

UC-NRLF  
  
B 3 272 455

*THE WILLUGHBY SOCIETY.*

---

SCOPOLI'S  
ORNITHOLOGICAL PAPERS.





THE LIBRARY  
OF  
THE UNIVERSITY  
OF CALIFORNIA

PRESENTED BY  
PROF. CHARLES A. KOFOID AND  
MRS. PRUDENCE W. KOFOID

Digitized for Microsoft Corporation  
by the Internet Archive in 2007.

From University of California Libraries.

May be used for non-commercial, personal, research,  
or educational purposes, or any fair use.

May not be indexed in a commercial service.


THE WILLUGHBY SOCIETY.

---

SCOPOLI'S  
ORNITHOLOGICAL PAPERS

FROM HIS

DELICIAE  
FLORAE ET FAUNAE INSUBRICAЕ  
(TICINI: 1786 — 1788).



EDITED BY

ALFRED NEWTON, M.A., F.R.S., ETC.

LONDON: MDCCCLXXXII.

21/3

Printed and Published by Messrs. G. & C. Whittaker, 1, Broad Street, London, W.

**Cambridge :**

PRINTED BY C. J. CLAY M.A.  
AT THE UNIVERSITY PRESS

K-QL67  
532  
1882  
1849  
L16

# PREFACE.

GIOVANNI ANTONIO SCOPOLI was born, as he himself has told us in the work\* from which the following extracts are reprinted, in 1723, at Cavallese in the Tyrol, and in 1743 graduated as Doctor of Medicine at the University of Innsbruck. After studying Botany at Venice, he repaired to Vienna and there obtained leave to practise medicine throughout the Austrian dominions. He was then appointed physician at the quicksilver-mines of Idria in Carniola, which office he held for more than ten years, when he was named Councillor in the mining department and Professor of Mineralogy at Schemnitz in Hungary. In 1776 he was transferred to Pavia, as Professor of Chemistry and Botany, and died there 8th of May, 1788—his last days, it is said, embittered if not shortened by the misconduct of SPALLANZANI.†

As a botanist and entomologist SCOPOLI is known all over the world, but English ornithologists are best acquainted with his name from his 'Annus I. Historico-Naturalis' having been several times mentioned by GILBERT WHITE, who on its appearance was much struck with it; and it gave rise to the aphorism, so often quoted since, "every kingdom, every province, should have it's own *monographer*."‡ That book, which was published at Leipzig in 1769, is not very rare; but SCOPOLI'S later ornithological writings are by no means so accessible, being contained in a large folio volume entitled 'Deliciae Florae et Faunae Insubricae' published at Pavia in three parts, the first two bearing date 1786 and the third 1788—the year of his death. These ornithological papers, four in number, are accordingly here reproduced, but the most interesting of them is the third, the 'Specimen Zoologicum', wherein he refers to Linnæan genera most of the animals described by SONNERAT in his 'Voyage à la Nouvelle Guinée' (Paris: 1776) and in the second volume of his 'Voyage aux Indes Orientales et à la Chine' (Paris: 1782), giving to nearly each species a scientific name on the Linnæan method. It follows that the names thus bestowed, being in most cases the earliest applied to the species in question, are of considerable importance, and latterly they have been very generally adopted by ornithologists. SCOPOLI however was not always right in his determination of SONNERAT'S birds: thus, to mention only a few instances, Nos. 33 and 34, both being Quails, are referred to *Oriolus*, as is also No. 35, which is a *Turnix*; while No. 74, a Duck, is placed under *Sterna*, and No. 79, a Sand-Grouse, under *Tringa*. Averse as he was to founding new genera, a fact shewn by his abstention from doing so in the case of the "*Bec-ouvert des Indes*" (see between Nos. 32 and 33), SCOPOLI can hardly be held to blame for referring No. 83 to the genus *Otis*. But it would be out of place here to criticize the work, or to rectify all the ordinary misprints which, as will be seen, are very numerous.§ It will however be useful to point out some shortcomings arising from another cause.

SCOPOLI'S original intention was only to name the new animals described by SONNERAT in his 'Voyage à la Nouvelle Guinée', as is clearly shewn by the "Prafatio" to part II. which states:—

## OBSERVATIONES in hac parte allatae continent

I. Novas Animalium species a celeberrimo SONNERAT in primo suo itinere numeratas, ad Genera propria relatas, & characteribus specificis, nominibusque trivialibus insignitas, ut a labore

\* Pars iii. pp. 79—87 'Vitae meae vices'. Other particulars of his life are to be found in the 'Dictionnaire des Sciences médicales. Biographie médicale' vii. pp. 181, 182, by A. J. L. JOURDAN (Paris: 1825); TIPALDO'S 'Biografia degli Italiani illustri' x. pp. 252—256 (Venezia: 1844) by G. CHIAPPA; the 'Biographie universelle ancienne et moderne' Nouv. Éd. xxxviii. p. 546 (Paris: 1863) by ANGELIS, and HOFER'S 'Nouvelle biographie générale' xliii. p. 635 (Paris: 1864). The 13th of June is given as his birthday.

† See Sir J. E. SMITH'S remarks in 'Plantarum Icones hactenus ineditæ' (fasc. 2, text to no. xxxiv.), and in REES'S 'Cyclopædia' (xxx. article 'Scopolia').

‡ 'Natural History of Selborne' Letter vii. to BARRINGTON. See also Letters vi. and viii. to the same, and Letters xxx.—xxxiii. to PENNANT.

§ To his failing sight or to the carelessness of his printer must be ascribed such errors as "inferiore" for "superiore" in the description of No. 13; and of "minor" for "major" in that of No. 21. The various modes of spelling "Quinea", "Guinn.", "Guiana" and "Guinea" shew great laxity on the part of the press. "Guenbyensis" (No. 28) is also an error, SONNERAT'S name being "Lori de Guéby", as well as "madagarensis" (No. 88) for the "Grande Caille de Madagascar", and "PARVUS" for "PARUS" (No. 114).

*hoc sublevarem illos, qui nova haec Individua LINNAEANO NATURAE SYSTEMATI addere vellent.*

But not content herewith he has treated in the same way the animals described by SONNERAT in his 'Voyage aux Indes et à la Chine', and this without indicating in all cases to which of the two works reference is made. Of the 107 species of Birds named, 75 belong to the former work and 32 to the latter, and to avoid confusion it may be well here to state that the original descriptions of Nos. 9—11, 16, 17, 31, 32, 42, 43, 53, 61—66, 79, 84—90, 99—102 and 111—114 will be found in the *second* volume of the 'Voyage aux Indes et à la Chine', all the rest pertaining to the older 'Voyage à la Nouvelle Guinée'.

It may further be convenient to supply or rectify the references omitted or wrongly given, as follows :—

No. 12 add "p. 55. <i>Tab.</i> 25."	No. 67 for " <i>China</i> " read " <i>Insula Luzon</i> ".
" 17 " "p. 188. <i>Tab.</i> 107."	" 68 " " <i>Tab.</i> 30. C" read " <i>Tab.</i> 30. D".
" 18 omit " <i>Ibidem</i> ".	" 75 before "51" insert " <i>Tab.</i> "
" 19 for " <i>Tab.</i> 47" read " <i>Tab.</i> 42".	" 76 add "p. 90. <i>Tab.</i> 52."
" 28 " " <i>priore</i> 25" " " <i>priore</i> 27".	" 78 " " <i>p.</i> 85. <i>Tab.</i> 48."
" 31 " " <i>Tab.</i> 119" " " <i>Tab.</i> 120", but the plate is wrongly numbered "121".	" 79 for "p. 165" read "p. 164".
" 34 add "p. 54. <i>Tab.</i> 24."	" 80 " " <i>p.</i> 81" " " <i>p.</i> 82".
" 38 for "p. 150" read "p. 157".	" 84 insert "p. 173."
" 44 " " <i>p.</i> 69" " " <i>p.</i> 68".	" 85 add also "p. 160. <i>Tab.</i> 95"
" 45 " " <i>p.</i> 20" " " <i>p.</i> 120".	" 94 the description shews that the reference should be "p. 169. <i>Tab.</i> 102."
" 51 " " <i>Tab.</i> 36" " " <i>Tab.</i> 37".	" 97 add "p. 169. <i>Tab.</i> 103." which the description shews should be the reference.
" 54 " " <i>p.</i> 64" " " <i>p.</i> 65".	" 102 for "p. 264" read "p. 204".
" 56 " " <i>p.</i> 67" " " <i>p.</i> 68".	" 103 " " <i>p.</i> 107" " " <i>p.</i> 117".
" 57 " " <i>p.</i> 170" " " <i>p.</i> 171".	" 107 omit " <i>Statura Motacillae</i> ."
" 58 add "p. 171. <i>Tab.</i> 107."	" 113 for "Pag. 116. <i>Tab.</i> 208. f. 1." read "Pag. 206. <i>Tab.</i> 115."
" 59 " " <i>Tab.</i> 100."	
" 60 " " <i>p.</i> 166. <i>Tab.</i> 101."	
" 64 for "p. 209" read "p. 210".	

In Nos. 61 and 62 SCOPOLI correctly quotes from SONNERAT the "f. 2" and "f. 1", but on the latter's plate these numbers seem to have been by error interchanged. So also in Nos. 63 and 64, the reference to the plate is right, but it has been wrongly lettered "61" instead of "117". Of the birds figured in the 'Voyage à la Nouvelle Guinée', five do not receive names. These are

*Le Gobe-mouche à gorge jaune de l'Isle de Luçon*, p. 57, pl. 26, fig. 2.

*Le Pélican brun de l'Isle de Luçon*, p. 91, pl. 53.

*Le Pélican rose de l'Isle de Luçon*, p. 91, pl. 54.

*Le Goura de la nouvelle Guinée*, p. 169, pl. 104.

*Le Lori de Gilolo*, p. 177, pl. 112.

Of those figured in the 'Voyage aux Indes et à la Chine' all are fully noticed, except the subjects of plates 95 and 122 (wrongly lettered "219"), which are but incidentally mentioned—the former, *Poule sauvage des Indes*, under No. 85; and the latter, *Bec-ouvert blanc des Indes*, between Nos. 32 and 33.

The other papers here reprinted need little remark. They have been added merely to complete this collection of pieces; but, whatever may be thought of the author's *Alauda turdina*, *A. turba* and *A. brumalis*, it has long since been admitted that his *Falco rufus* and *Fringilla alpina* are respectively the *Falco vespertinus* and *Fringilla citrinella* of Linnæus—the plates, which it has not seemed worth while to reproduce, representing them making those identifications certain.

As before stated the original work is in folio, but in reducing these extracts to quarto size the greatest care has been taken to present them page for page, line for line, and letter for letter.



## OBSERVATIONES ZOOLOGICAE.

## DE ALAUDIS NOSTRATIBUS.

Aves, ad *Alaudae* genus referendae, dignoscuntur imprimis ex ungue digiti postici multo longiore, ac in aliis canoris Avibus, quibus rostrum est tenue, subulatum, rectum. Alaudarum species octo recenset LINNAEUS, quibus *pensylvanicam* addidit EDWARDUS, *mangolicam* Ill. PALLAS, duasque alias Cl. SONNERAT; attamen nuper celeberr. BRISSONIUS *Alaudam magnam* CATESBEY ab hoc genere separandam, et *Merulis* suis adiungendam esse duxit. At maior adhuc difficultas in determinandis harum Avium speciebus occurrit. ALDROVANDUS suas Alaudas ita describit, ut ne quidem oculatus WILLUGHBEY divinare potuerit quales species sub nominibus *Stopparolae*, *Grisoliae*, et *Spipolae* indicare voluerit. Sed nec illa quae ex BELLONIO et ALDROVANDO hac desuper exscripsit IONSTONUS, lucem aliquam in his tenebris affundunt. Egregius quoque BRISSONIUS constantes illos, seu nullo anni tempore, nullaque aetate mutabiles characteres in his Avibus non invenit. An praestantiores vidit Ill. LINNAEUS? Sed quaenam est eius *Alauda Spipoletta*? quaenam *trivialis*? An caeterae quoque species ex datis characteribus facile dignoscuntur? Ego sane, ut ingenue fatear, de certitudine hac nondum persuasus sum, ut coactus ideo fuerim definitiones specificas harum Avium certiores quaerere, ut facilius adgnoscantur.

ALAUDA (arvensis) *griseo-fuscoque varia; pectore, abdomine, femoribusque albidis; rectricibus duabus mediis interiore latere rufescentibus*. Haec copiosior et frequentior occurrit, cuius sexus alter dum verno tempore spirali fere ductu sese in aëra eousque etiam attollit, ut oculorum aciem effugiat, ideo a KLEINIO *caelipeta* fuit appellata. Nulla alia diutius et suavius cantillat, nulla magis gregaria, nullaque alia maiori copia in retia compellitur. Prima haec veris adventum adeo praecoci cantu praenuntiat, ut aliquas salten non advenas diceres, sed a brumali lethargo tunc temporis expergefactas. Aves istae in cohortes adunatae migrant Octobri M., eademque verno tempore cum sociis apud nos denuo circumvolant, antequam seiunctae nuptias instituant.

In hac specie latus exterius rectricum duarum extimarum totum est album, eiusque bonani iconem dedit MAYER *Animal. I. Tab. XCVII*.

ALAUDA (pratensis) *linea superciliari albida, suboculari fusca*.

Statura et rostrum prioris. Alba sunt pectus, et infra medium abdomen et carysus; fusco-ferrugineoque variegata sunt collum, pectoris regio superior, dorsum, alarumque bases. Unguis posticus digito proprio subaequalis est.

Gregaria non est. Ruri degit circa rusticas casas. Hybernat, et prata frequentat, imprimis revoluta. Synonyma BELLONII, et ALDROVANDI, ad hanc speciem a LINNAEO citata, pertinet ad *Alaudam brumalem*, cum omnium minimam, et flavescentem esse dixerit.

Varietatem albam habet ORNITHOLOGIA FLORENTINA *Tab. 373*.

ALAUDA (Turdina) *gula et pectore flavescentibus, fusco-maculatis; ungue postico brevior, arcuato*.

Minor

Minor prioribus. Mandibula superior sub apice leniter emarginata. Huic reſtrix extima lateris exterioris dimidiam partem albam gerit.

*Alaudae* quoque suae *campeſtri* gulam et peſtus flavescens tribuit Ill. LINNAEUS, sed an noſtram intelligat, incertus sum adhuc. Videtur tamen noſtra non differre a *Spipola* ORNITHOLOGIAE FLORENTINAE Tab. 387., a *Spipoletta* BUFFONII V. p. 43., et a *Spipoletta Florentinorum*, teste WILLUGHBEY *Ornitholog.* L. II. §. X. quam ei similem facit, quae *Tordino* a Venetis appellatur. *Turdina* quoque dicitur in Insubria, eique finitima parte *Tyrolensis Comitatus*, ob aliquam coloris cum *Turdo Musico* similitudinem. Avicula haec migrat Octobri M., paucarum satellitio stipata, quam Aucupes eius sibilum imitantes sororibusque filo alligatis, et in altum elatis alliciunt, ut virgulis visco obductis capiatur.

An huc ſpectat *ALAUDA ſepiaria* BRISSONII III. p. 347. Sp. 4.?

ALAUDA (Turlù) *linea ſuperciliari, reſtricibusque* 1—4., *apice albo ungue poſtico longiore.*

Statura *A. Turdinae*. Supra fusco-rufa, subtuſ albida; collo et peſtore maculis fuscis longitudinalibus variegato. Caput simile, sed maculis in ſex quaſi ſeries diſpoſitis. Mandibula ſuperior ſub apice non emarginata. Cauda brevior ac in *A. Arvenſi*.

Neque haec ſpecies vere gregaria. Arva imprimis ſubmontana frequentat, in quibus binae, tres, aut quatuor ſimul occurrunt Octobri M. Incolae noſtri ab eius cantu *Turlù* vocant.

ALAUDA (trivialis) *fuſca, ſubtuſ alba; iugulo, peſtoreque maculato: maculis fuscis, longitudinalibus.*

Mandibula inferior flavescens, apice nigricans. Roſtrum crassius, et longius ac in ſequenti.

Caput ſupra immaculatum. Reſtrix extima toto latere anguſtiore albo, latiore vero macula conica alba; ſecunda macula parva conica alba ad apicem lateris latioris, reſtrices aliae nigrae, intermediis fuscis, brevioribus. Pedes nigri, unguis poſticus magis arcuatus, pollice non brevior.

An haec *Alauda italica* BRISSONII III. p. 355.?

Bergomensibus *Sguizzetone*. Valde accedit *A. triviali* LINNAEI.

ALAUDA (brumalis) *ſupra ſubluteo-nigroque varia, ſubtuſ albido-flavescens; vita nigra e baſi roſtri utrinque decurrente.*

Minor prioribus. Roſtrum tenuius, et longius ac in prioribus. Caput ſupra fusco-maculatum. Abdomen abſque maculis. Peſtus nigro-maculatum. Reſtrix prima toto margine exteriore, interiore vero verſus apicem albo; ſecunda apice alba, et latere latiore macula conica pariter alba; tertia ſimili macula; intermediae fuſcae, breviores. Femora alba; pedes flavescens; unguis poſticus digito non brevior.

Bergomenses, et Tridentini *Sguizzettinam* appellant, Insubres vero *Guzettam*. Autumno ad nos venit gregaria, acutiore cantu ac celeriori volatu a congeneribus diſtinctiſſima. Noctu eodem in loco congregantur, et ſimul unitae dormiunt, arva frequentant, et evolantes mox iterum conſident.

*Brumalis* nomen retineo, quod huic dedi in *Anno I. Hiſt. Nat.*

Haec eſt L. *Alovette* BUFFONII III. T. 4. p. 39.

ALAUDA (cristata) *crista verticali nigricante; reſtricibus duabus extimis margine exteriore albis.*

Apud nos rarior, at in Styria, Carinthia, Carniolia frequentior circa oppida, et circa ſepes. Hanc habet etiam SALERNE *Ornith.* p. 193. Tab. 16. f. I. An ab hac ſpecie vere differat *A. ſenogalensis cristata* BRISSONII, videant Autoptae. Alias

Alias species omitto facilius adgnosendas, quia ab Ornithologis bene determinatas.  
Alaudae omnes gulosorum deliciae, ac inter hasce celebriores Lipsienses.  
Rudem inter gramina, aut in terra nidum aedificant; ova non ultra quinque ponunt; inter  
volandum vocem aliquam edunt; migrant ad loca calidiora, nonnulla tamen hyber-  
nant. Arboribus insident aliquae, omnibus rostrum tenue, volatus incertus, pedes gressorii.

## FALCO RUFUS.

## TAB. XIX.

FALCO (Rufus) CORPORE RUFO; DORSO, TECTRICIBUS ALARUM, RECTRICIBUSQUE PLUMBEIS, TRANSVERSIM FUSCO-FASCIATIS; CERA DIGITISQUE FULVIS.

CAPUT et collum undique rufum.

*Rostrum* nigrum; *cera* fulva, similiterque colorata basis mandibulae inferioris.

PALPEBRARUM margines pallidi, subnudi, quos ambit circulus niger. Iridis colorem determinare non potui, cum infarctum Avem obtinuerim.

GULA pallidior, eique concolor macula sub oculo singulo.

COLLUM postice obtegentes plumae apices gerunt nigro-fasciatis.

PECTUS, ABDOMEN, CRISSUS, FEMORA, rufa, immaculata.

DORSUM plumbeum, fasciis crebris transversis undulato-angulatis variegatum.

ALAE contractae cauda nihilo breviores sunt.

*Tectrices* dorso concolores, eodemque modo fasciatae.

*Remiges secundariae* cinerae, interiore latere obscuriores; apicum marginibus albis, non maculatae.

*primariae* prioribus concolores, versus apicem fusciscentes, in interiore latere maculis albis variegatae, quibus carent duae aut tres ultimae.

Harum prima eaque brevior secunda sub apice coarctatur, et in eodem latere maculas decem albas gerit, quarum duae minores subrotundae, aliae vero ellipticae sunt.

CAUDA rotundata.

*Rectrices* 12) plumbeae, subtus pallidiores, apicis margine albiae, sub quo fascia nigra et latior, quam sequuntur aliae concolores, tenuiores, aequae dissitae, nunc oppositae, nunc autem alternae.

PEDES, quibus *Femora* rufa.

*Tibiae* reticulatae, pallidiores, digito medio vix longiores.

*Digit*i fulvi; unguibus apice nigricantibus.

In

---

In *Ducatu Mediolanensi* captus prope Limbiate A. 1785.

Singularem hanc Falconis minoris speciem, sexum, aut varietatem alterius iam cogniti, nova descriptione et icone dignam esse putavi. In *Ornithologia Florentina* unus adest Falco, qui hunc quodammodo referre videtur, at nihil certi ex fucatis illis Avium coloribus, atque imperfectis descriptionibus eruere licet. Inter Falcones Linnaeanos nullus certe occurrit nostro similis, nec alii descripserunt Ornithologi.

*EXPLICATIO TABULAE XIX.*

- A. Totus Falco.
- B. Remex secunda.
- C. Rectrix secunda.

## SPECIMEN ZOOLOGICUM

## EXHIBENS

Characteres genericos, & specificos, necnon Nomina trivialia novorum Animalium.

## Q U A E

Clarissimus SONNERAT in China, & in Indiis orientalibus nuper detexit.

## M A M M A L I A.

1. **V**IVERRA (Civette) *cauda longa, corpore longitudinaliter fasciato: fasciis collaribus dorsalibusque ternis: pectorali unica.*  
*La Civette de Malacca. Voyag. à la Chine II. p. 144. Tab. 91.*  
 Facies elongata. Oculi parvi. Maculae quatuor nigrae supra singulum oculum. Auriculae parvae, rotundatae. Fasciae longitudinales collares tres, totidemque dorsales, unica pectoralis ad penem usque producta. Dorsum antice, latera thoracis, femora maculis nigris, magnis, rotundis variegata. Pedes nigri. Cauda fasciata.  
 Habitus *Zibethae*, mores vero, & unguis retractiles, ut in *Feli*; hinc Generis etiamnum dubii ob dentium numerum, & structuram ab Autore neglectam.  
 Animal agilissimum ab una in aliam arborem saltitans, liquorem fundens moscatum ex apertura prope genitalia, quem colligunt Incolae.
2. **SOREX** (Indri) *ecaudatus, nigricans; clunibus albis.*  
 Facies producta, grisea. Auriculae rotundatae, pilosae. Pedum pollex humano valde similis. Pili postici lanati.  
 Manibus cibum tenet, & ori applicat. Longitudo corporis pedum 3.  $\frac{1}{2}$ ).  
*In Madagascar p. 147. Tab. 89.*
3. **SOREX** (lanatus) *cauda aequali; pilis contortuplicatis; digitis manuum basi connexis.*  
 Color fusco-luteus, ad rufum tendens: Corpus lanatum. Facies nigra. Abdomen album. Pollex prioris.  
*In Madagascar p. 147. Tab. 89.*
4. **SOREX** (fasciatus) *cauda aequali; dorso fasciis longitudinalibus quaternis, atris.*  
 Corpus novem uncias longum. Facies elongata. Dentes canini 14): anticis inferioribus subulatis, maioribus. Fasciae duae laterales, totidemque femorales, bifidae. Palmae plantaeque pentadactylae. Pili rari, depressi.  
*In Indiis p. 143. Tab. 90.*
5. **MUS** (Tandrek) *ecaudatus, niger, fasciis longitudinalibus, albis,*  
 Rostrum acutum, album. Setae longae, rigidae ex fasciis prodeuntes. Pedes rufescentes, breves. Corpus septem pollices longum, pilis rigidis tectum.  
 Vox *Porcelli*. Incessus piger. Interdiu latitat, pinguescit, fructivorus, herbivorusque.  
*In Madagascar p. 146. Tab. 93.*
6. **MUS** (Zenik) *cauda brevi; corpore fasciis transversis, nigris; palmis plantisque tetradactylis.*  
 Facies

Facies producta. Dentes canini 16.). Vibrissae tenues. Cauda bicolor. Statura muris aquatici. Apud *Hottentotos* p. 145. Tab. 92.

7. SCIURUS (malabaricus) *niger, capite, pedibus abdomineque ferrugineis.*

Mystaces longae. Auriculæ rotundatae, pilosae. Macula intense rufa sub aure singula.

Palmae plantaeque pentadactylae. Cauda aequalis, pilosissima.

Statura *Felis Cati*. Manubus cibum applicat ori. Arborea scandit. Perforat Coccus, ut ebibat liquorem. Malabaricis dicitur *Grand-rat des bois*.

8. SCIURUS (Aye) *albido-nigricans; digito palmari antico, longiore attenuato.*

Auriculæ amplae, rotundatae. Mystaces longae ad genas, & supercilia. Oculi rufescentes. Nares amplae. Plantae, & palmae pentadactylae. Cauda aequalis, plana, valde pilosa. Unguis pollicis postici rotundatus.

Longitudo sesquipedalis. Digito palmari longiore extrahit vermes ex Arborum foraminibus, eoque ori applicat. Dormiens incumbit lateri, & caput inter pedes anticos abscondit. Noctu exit.

*In China* p. 138. Tab. 87.

## A V E S.

9. VULTUR (radiatus) *cauda nigra, unifasciata, fascia media alba, nigro-punctata, lineataque.*

Oculorum orbita nuda, flava. Caput, collum, dorsum, griseo colore tincta. Pectus, abdomen, crura, albo lineata: lineis nigris, transversis, semicircularibus. Rostrum nigrum. Irides pedesque flavi.

*In Madagascar* p. 181. Tab. 103.

10. VULTUR (calvus) *membrana collari nuda, utrinque pendula; collo pectoreque carnis.*

Rostrum nigrum. Irides rubrae. Caput calvum. Dorsum, alae, cauda nigrae. Pedes flavi. Inter maximas Volucres indicas p. 182. Tab. 104.

11. VULTUR (indicus) *collo plumulis fasciculatis; alis, caudaque nigris.*

Caput pilosum. Irides rubrae. Rostrum, pedesque nigri. Collum respectu corporis sat longum. Cadavera exhumat. Tarde volitat. Littora maris frequentat eiectos pisces voraturus p. 183. Tab. 105.

12. LANIUS (Phillippinus) *niger, pectore abdomineque albis.*

Passere domestico paullo maior. Rostrum corvinum; nares patulae. Setae ad basim rostri. Dens ad apicem mandibulae in icone expressus.

Rapide volat, se se in aera aequilibrans, corvis infensus. *Piegrische des Philippines.* Buffon.

13. LANIUS (nasutus) *capite, rostro, remigibus primis, reetricibusque mediis longioribus, atris: caeteris subtus rufescentibus.*

Dorsum rubro-flavescens. Iugulum, & pectoris regio superior alba. Pectus cum ventre albidum. Rostrum crassum, mandibula inferiore elongata incurva. Vibrissae ad eius basim.

Cauda aequalis: reetricibus ad apicem macula ferruginea signatis.

*In nova Quinea* p. 114. Tab. 70.

14. LANIUS (ruber) *capite abdomineque rubris; alis, caudaque bruneis.*

Collum

Collum antice rubrum, postice alis concolor. Nigra sunt rostrum pedesque. Irides flammeae. Vibrissae ad basim utriusque mandibulae.

Ibidem p. 114. *Tab. 71.*

15. LANIUS (albus) *alis basi fasciaque albis; rectricibus nigris.*

Duplo maior priore. Vibrissae nonnullae ad basim mandibulae inferioris. Alba sunt caput, collum, dorsum, venter, & alae alibi. Rostrum, pedesque nigri.

*Ibidem p. 115. Tab. 72.*

16. LANIUS (rufus) *rectricibus denis, longitudine corporis.*

Caput cum collo bruneum Pectus, & abdomen albo-rubentia: Dorsum rubro-flavicans. Remiges primariae fusco-nigrae. Rostrum, pedesque nigri.

In *China* p. 186. *Tab. 106.*

17. LANIUS (chinensis) *fuscescens; capite nigro, fronte, genisque albis.*

Irides luteo-rufescentes. Cauda rotundata, brevis. Rostrum, pedesque nigri.

18. PSITTACUS (Papou) *abdomine superiore loco, cauda subtus, rostro pedibusque rubris; rectricibus duabus mediis longioribus.*

Duplo minor *P. nobili.* Occiput fascia bicolore, S. caerulea, & nigro-violacea. Inter collum, & pectus utrinque macula atro-caerulea. Abdominis media regio caerulea, superior rubra, lateralis utraque macula lutea, inferior vero rubra.

*Ibidem p. 175. Tab. 111. Macrourus.*

19. PSITTACUS (signatus) *remigibus superne rectricibusque viridibus; signo lunato rubro ad basim alae singulae.*

Caput rubrum. Fascia collaris nigra. Irides flavae. Rostrum bicolor, S. nigrum, & luteum. Alae subtus viridi-luteae. Pedes grisei.

Obdormit pedibus ex ramo suspensus.

*Ibid. p. 79. Tab. 47. Cauda aequalis.*

20. PSITTACUS (quianensis) *viridis; humeris rubris; rectricibus binis mediis longioribus.*

Viridi-grisea sunt caput, collum, abdomen. Fascia collaris colore *Lilac.* Alae una cum dorso virides. Rectrices longiores virides, aliae viridi-griseae. Rostrum iridesque rubrae. Pedes nigro-grisei.

*Ibid. p. 80. Tab. 43. Cauda aequalis.*

21. PSITTACUS (pileatus) *viridis; vertice caeruleo; alis basi variegatis.*

Duplo minor prioribus. Rostrum carneum, crassum. Oculi parvi. Irides albae. Pedes nigricantes. Cauda attenuata.

*Ibid. p. 80. Tab. 44. Brachiurus.*

22. PSITTACUS (cingulatus) *viridi-luteus; alis nigricantibus, fascia lutea; rectricibus fascia nigra.*

Rostrum, & irides luteo-rubrae. Cauda colore *Lilac.*

*Ibid. p. 78. Tab. 41. Brachiurus.*

23. PSITTACUS (melanopterus) *dorso caudaque viridibus; alis nigris; rostro iridibusque luteis.*

Mas gula caerulea, *Faenina* gula rubra, & macula flava in medio colli postice. Rectrices caudae rubrae. Venter dilute viridis.

*Ibid. p. 77. Tab. 40. Brachiurus.*

24. PSITTACUS (lunulatus) *viridis; collo postice maculis lunaribus, nigris.*

Colli pars illa, quae dictas continet maculas, luteola est in *Mare*, caerulea vero in *Faenina*. Rostrum, pedes, iridesque griseo-nigri.



- Ibid.* p. 77. *Tab.* 39. *Brachiurus.*
25. PSITTACUS (leucophthalmos) *viridis*; *rostro pedibusque griseis*; *iridibus luteis.*  
Viror subtus pallidior.  
*Ibid.* p. 76. *Tab.* 38. *super. Brachiurus.*
26. PSITTACUS (pumilus) *viridis*; *macula pectorali ovata urtopygioque rubris.*  
Statura *Emberizae Serini.* Vertex caeruleus. Littura lutea inter dorsum, & collum. Rostrum pedesque grisei.  
*Ibid.* p. 76. *Tab.* 38. *infer. Brachiurus.*
27. PSITTACUS (polychloros) *viridis*; *remigibus primariis caeruleis, secundariis coccineis*; *rostro bicolore.*  
Mandibula superior lutea, inferior nigra. Irides flammeae. Habitus P. *Amazonii.*  
*Ibid.* p. 174. *Tab.* 108. *Brachiurus.*
28. PSITTACUS (Guenbyensis) *ruber*; *remigibus nigris, fascia rubra.*  
Duplo minor priore 25.). Rostrum, iridesque flammeae.  
*Ibid.* p. 174. *Tab.* 109. *Brachiurus.*
29. PSITTACUS (ater) *niger*; *alis fascia rubra.*  
Irides circulo duplici: uno caeruleo; altero rubro-bruneo.  
*Ibid.* p. 175. *Tab.* 110. *Brachiurus.*
30. BUCEROS (panayensis) *rostro transversim sulcato: sulcis bicoloribus.*  
Statura *Corvi* maioris. Rostrum falcatum, dentatum, versus apicem non sulcatum, basi superne tubere ad medium usque producto. Oculi orbita nuda, brunea. Irides albae. Remiges decem, apice nigrae. Digniti antici tres.  
In *Guinn.* p. 122. *Tab.* 82. 83.
31. BUCEROS (birostris) *rostro basi aucto, dente falcato.*  
Rostrum ubique dentatum, basi nigrum, apice margineque album. Caput, collum, dorsum, tectrices alarum griseo-terreae. Macula nigra sub oculo singulo usque ad basim rostri extensa. Remiges primariae nigrae. Alba sunt pedes, & venter. Rectrices decem, inaequales: primis duabus longioribus. Pedes nigri.  
In *Caromandel* p. 214. *Tab.* 119.
32. BUCEROS (Pica) *niger*; *rostro albo, tubere elliptico, nigro, fascia alba signato.*  
Rostrum serratum. Iugulum fascia alba. Remiges dimidia parte exteriori albae. Venter cum crysso albus. Cauda basi alba. Tectrices alarum duae albae. Femora alba. Caeterae corporis partes una cum pedibus nigrae.  
In *Malabar* p. 215. *Tab.* 121.  
Le *Bec-ouvert des Indes.* Novum genus constituire videtur. p. 219. *Tab.* 122.
33. ORIOLUS (Cothurnix) *bruneus*; *teſtricibus alarum margine luteis.*  
Dicitur *la Caille de la nouvelle Guinée*, a qua non solum genere, sed & tota classe diversus est. Minor est *TETRAONE Cothurnice.* Remiges maiores nigrae. Irides pedesque nigri.  
p. 170. *Tab.* 105.
34. ORIOLUS (lineatus) *abdomine flavescente: lineis transversis nigris.*  
Minor *FRINGILLA domest.* Latera capitis rubra, nigro-maculata. Dorsum nigrum. Alae nigrae, longitudinaliter lineatae.

35. ORIOLUS (ocellatus) *pedibus tridactylis*.  
 Avis haec dubii etiamnum generis, rostro differt a *Tetraonibus*, a *Charadriis* vero femoribus ubique tectis. *Oriolis* itaque adiungo ob rostri figuram hisce magis accendentem; donec Genus innotescat.  
 Caput, & initium colli albo-nigroque varium. Remiges secundariae ad apicem macula luteo-nigra ocellata, sub qua linea lunata, aut recta.  
*Caille de l' Isle de Luçon. Nouvelle Guinée* p. 54. *Tab. 23.* Huic similem habet. *Tab. 105.*
36. XANTHORINUS (holosericeus) *remigibus rectricibusque holosericeo-nigris*.  
 Statura T. *Merulae*. Caput, collum, dorsum, crura, rubro colore tincta. Abdomen alis concolor. Rostrum, & tibiae nigricant. Irides igneae.  
*In Quinea* p. 113. *Tab. 68. 69.* In alio sexu, aut varietate, color colli, pectoris, abdominis flavus. Irides rubrae.
37. PARADISAEA (Rex) *rectricibus intermediis longioribus, filiformibus, apice plumosis convolutisque*.  
 Statura T. *Merulae*. Rubro-coccinea sunt caput, collum, gula, dorsum, alae, caudaque. Abdomen in medio album. Fascia viridis ad basim colli. Hippocondria plumis longis, griseis, quas terminat macula viridi-metallico nitore fulgida. Raches rectricum longiorum nigricantes. Rostrum pedesque lutei. Irides quoque luteae.  
*In Nova Guinea* p. 156. *Tab. 95.*
38. PARADISAEA (superba) *crista frontali erecta, plumosa, molli*.  
 Paulo maior priore. Pennae dorsales aureo-virides, ultra alas elongatae, & dependentes. Alae nigrae. Gula violacea. Rostrum nigrum. Abdomen viridi-nidens. Hippocondria plumas emittunt nigras, longitudine alarum. Cauda nigricans. Pedes brunei.  
*Ibid.* p. 150. *Tab. 96.*
39. PARADISAEA (penicillata) *capite aurito setis tribus, apice plumosis, ultra alas elongatis*.  
 Caput huic quoque cristatum, sed crista rigida, acuta, ex pennis tenuibus, rariter plumosis, rigidis, supra medium albis, alibi nigris. Tectrices alarum ultra dorsum elatae, rariter plumosae, ut in *Struthione*. Cauda rotundata.  
*Ibid.* p. 158. *Tab. 97.*
40. PARADISAEA (magnifica) *pennis collaribus posticis in capistrum aureum elongatis*.  
 Capistrum densum, obtusum. Setae caudales binae, longissime sursum flexae, nudaе, attenuatae, volucre longiores.  
*Ibid.* p. 163. *Tab. 98.*
41. PARADISAEA (viridis) *iridibus rubris; rostro pedibusque nigris*.  
 Pennae nitore metallico chalybeo fulgidae. Cauda rotundata.  
*Ibid.* p. 164. *Tab. 99.*
42. GRACULA (caerulea) *nitidissima, alis basi albo-maculatis*.  
 Statura T. *Merulae*. Color caeruleo-violaceus. Irides rubrae. Rostrum, pedesque nigri.  
*In China* p. 188. *Tab. 108.*
43. GRACULA (cristata) *pennis verticalibus in cristam erigendis; ad aures macula coccinea*.  
 Statura *SYLVIAE Ficedulae*. Supra griseo-fusca. Caput nigrum. Alba est macula subauribus, iugulum, pectus, abdomen.

Fascia

- Fascia iugularis fusco-grisea. Irides aureae. Cryssum coccineum. Rostrum, pedesque rubri.  
*Ibidem* p. 189. *Tab.* 109.
44. TROGON (*Luzouensis*) *niger*; *fronte rubra*; *dorso luteo-maculato*.  
Nigra sunt Capitis vertex, occiput, collum, dorsi regio media, remiges, & harum te-  
ctrices, rostrum pedesque.  
*Ibid.* p. 69. *Tab.* 34.
45. CUCULUS (*variegatus*) *cauda rotundata, mediocri, nigro-fasciata*; *alis nigris, luteo-rubro maculatis*.  
Irides rufae. Caput nigrum. Pectus, & abdomen pallide rufum, lineis nigris transversis  
variegatum. Pedes plumbei. Statura maior quam in *C. canoro*.  
*Ibid.* p. 20. *Tab.* 78.
46. CUCULUS (*flaviventris*) *cauda mediocri: reſtricibus aequalibus, apice maculatis: maculis qui- nis, rotundis, albis*.  
Paullo minor *C. canoro*. Caput supra griseo-nigricans. Pectus flavescens, lineis transversis,  
arcuatis, nigris. Abdomen pallide luteum, similiter variegatum. Dorsum & Alae bru-  
neo-nigrae. Reſtrices decem. Irides subaurantiae. Pedes rufescentes.  
*Ibidem* p. 120. *Tab.* 79.
47. CUCULUS (*viridis*) *cauda aequali, obtusa; ungue postico longissimo*.  
Statura accedit *C. Canaro*. Pennae rigidae, decompositae. Irides nigrae.  
*Ibid.* p. 121. *Tab.* 80.
48. CUCULUS (*merulinus*) *cauda brevi, superne rubra, subtus alba, nigro fasciata*.  
Statura *T. Merulae*. Caput supra dilute griseum. Collum postice, & dorsum umbrinum.  
Alae dorso concolores. Gula capitis colore. Abdomen luteo-rufum. Pedes flavi. Rostrum  
flavum, apice nigrum.  
*Ibid.* p. 121. *Tab.* 81.
49. PICUS (*Guineensis*) *vertice occipiteque rubris; alis nigris, luteo-maculatis; reſtricibus ro- tundatis*.  
Statura *P. viridis*. Corpus subtus album, maculis nigris longitudinalibus variegatum. Re-  
miges posticae ad apicem fasciis tribus albis. Pennae dorsales margine albo. Reſtrices  
non acuminatae. Lora alba ab oculo singulo deorsum producta.  
*Ibid.* p. 72. *Tab.* 35.
50. PICUS (*menstruus*) *viridis; alis, caudaque nigris; uropygio crissoque rubris*.  
Huic, ut in nostratibus, reſtrices acuminatae.  
*Ibid.* p. 73. *Tab.* 36.
51. PICUS (*lucidus*) *bruneus; reſtricibus duabus albis, mediis*.  
Politissimus, subtus albus. Cauda obscurius brunea. Margines pennarum albarum nigri.  
*Ibid.* p. 73. *Tab.* 36.
52. PICUS (*maculatus*) *niger, superne lituris albis transversis arcuatis*.  
Remiges maculatae: maculis albis, subrotundis. Lora alba ab oculo singulo per collum de-  
currens. Rubedo nulla. Statura *PICI varii*.  
*Ibid.* p. 118. *Tab.* 77.
53. ALCEDO (*caromandeliana*) *lutea; oculis intra fasciam nigram*. Paleacea sunt caput, collum  
postice, abdomen, dorsum, remiges, reſtrices & cryssum. Teſtrices alarum luteae; fa-  
sciis

sciis transversis, leniter undulatis, caeruleo-viridibus. Reſtrices breviores, apice nigrae. Irides rufescentes. Rostrum nigrum. Pedes nigri.

*In China* p. 212. *Tab.* 118.

*Character Generis.* Rostrum longum, rectum, acutum, basi plumulis filiformibus tectum.

Pedes breves; digito exteriore cum medio usque ad articulum primum coherente.

54. ALCEDO (albiventris) *subtus alba; reſtricibus alarum reſtricibusque supra caeruleis.*

Statura T. *Merulae*. Caput, & collum postice maxima parte bruneum.

Alba sunt gula, collum antice, pectus, abdomen, cauda subtus, & lora superciliaris. Remiges in medio caeruleae & nigrae, extremitatibus pallide nigris. Dorsum bruneum. Crissus caeruleus. Remiges testaceae.

*In nova Guiana* p. 64. *Tab.* 31.

55. ALCEDO (tridactyla) *rostrum pedibusque rubris; digitis anticis binis.*

Caput, collum postice, dorsum, crissum, & cauda colore *Lilac*. Rostrum cauda longius coccineum. Alba sunt gulla, collum alibi, abdomen, cauda subtus. Alae nigro-caeruleae. Pedes rubri.

*Ibid.* p. 66. *Tab.* 32.

56. ALCEDO (collaris) *caeruleo-virens, subtus alba; collo postice fascia alba.*

Caeruleo-viridis color capitis, colli posticae partis, dorsi, alarum, caudae. Albus color gulae, colli antici, pectoris, abdominis, tectricum caudae. Rostrum superne totum, subtus basi flavum. Pedes pallidi nigri.

*Ibid.* p. 67. *Tab.* 33.

57. ALCEDO (undulata) *reſtricibus nigro-undulatis, apice albidis.*

Bruneo colore tinſta capitis vertex, & occiput una cum collo, alis, cauda. Alae fascia ocellari. Albida sunt collum antice, & eius latera, necnon pectus, & venter, at omnia haec lineata. Cauda alis longior ex reſtricibus duodecim. Rostrum supra nigricans, subtus flavescens.

*Ibid.* p. 170. *Tab.* 106.

58. ALCEDO (variegata) *nigra; remigibus reſtricibusque albo-punctatis maculatisque.*

Latera colli maculis duabus albis; una rotunda, altera elliptica. Collum, pectus, abdomen, cauda subtus, lineis longitudinalibus albis. Irides quoque nigrae, idemque color rostri, pedumque.

59. MEROPS (bruneus) *reſtricum paribus senis, inaequalibus: intermediis longioribus.*

Capitis vertex & latera *Maris* colore chalybis politissimi, & collum nigrum. *Feminae* omnia brunea. Cauda longa. Pectus & abdomen nigrum, striis albis transversis variegatum.

Par singulum reſtricum altero duplo fere longius. Pedes scutati.

*In nova Guinea* p. 164.

60. MEROPS (maximus) *penis scapularibus maioribus elongatis, fulcatis, nitidissimis.*

Longitudo corporis ab apice rostri ad extremitatem caudae quadripedalis. Caput, collum, venter viridi-nitentes. Pennae dictae stupendae pulchritudinis. Sub alis oriuntur pennae longae sursum arcuatae, interno latere nigrae, externo viridi splendore micantes. Fascia alarum ventri concolor, Cauda longa, ut in priore, nitidissima, caeruleo-violacea.

61. CERTHIA (canora) *viridis; crisso caeruleo; iugulo rubro.*

Habitus

- Habitus E. *Serini*. Rostrum pedesque nigri.  
*In Capite bonae spei* p. 208. *Tab. 116. f. 1.*
62. CERTHIA (*malacensis*) *rectricibus violaceis; pectore abdomineque luteis.*  
 Frons viridis. Iugulum bruneo-rubrum. Tectrices alarum violaceo nitido colore fulgidae.  
 Dorsum violaceum. Irides rufae. Rostrum nigrum. Pedes brunei.  
*Ibid.* p. 209. f. 2.
63. CERTHIA (*coccinea*) *superne rubra; remigibus rectricibusque nigris.*  
 Lora nigra a rostro usque ad axillam utrinque decurrens. Corpus subtus albo-rufescens.  
 Rostrum pedesque nigri.  
*In China* p. 209. *Tab. 117. f. 1.*
64. CERTHIA (*trigonostigma*) *caerulescens; pectore abdomineque flavis; dorso macula trigona lutea.*  
 Caput, collum, dorsum, cauda, griseo-caerulescunt. Tectrices caudae flavae. Rostrum pedesque nigri.  
*Ibidem* p. 209. *Tab. 117. f. 2.*
65. CERTHIA (*grisea*) *rectricibus intermediis longioribus, apice nigris: caeteris fascia nigra subterminali.*  
 Irides rufae. Rostrum nigrum. Remiges bruneae. Rectrices 10.; fascia semicirculari.  
 Pedes nigri.  
*Ibid.* l. c. f. 3.
66. CERTHIA (*lutea*) *flava; oculis intra maculam nigram; remigibus brevioribus apice nigris.*  
 Irides rufae. Rostrum nigrum, basi pilis tectum. Lingua apice ciliata. Iugulum virescens.  
 Digitus exterior basi unitus cum digito medio. Pedes nigri.  
*In Caromandel* p. 213. *Tab. 119.*
67. CERTHIA (*quadricolor*) *supra olivacea; iugulo pectoreque caeruleis; abdomine luteo.*  
*Rostro pedibusque nigris.*  
*In China* p. 63. *Tab. 30. A. B.*
68. CERTHIA (*chalybea*) *remigibus nigris; rectricibus chalybeo lucidissimo colore tinctis.*  
 Caput virescens. Gula violacea, lucida. Pectus rubens. Chalybeus caudae color ad viridem tendens. Crissus virescens.  
*Ibid.* p. 63. *Tab. 30. C.*
69. APTERODITA (*longirostris*) *alis impennibus, sexstriatis; pectore albo.*  
 Alae pinniformes, pendulae, longitudinaliter striatae: striis senis. Pennae parvae, quae has alas obtegunt, squamulas referunt. Lora alba, ad colli latus singulum, e lata basi deorsum producta, & pectori concolori inserta. Rostrum capite longius, tenue, flavescens, basi nigrum. Cauda brevis, convergens. Digiti tres antichi, sine postico: omnes palmati.  
*Ibid.* p. 180. *Tab. 113. PENNANT Genera, of Birds. Tab. 14.*
70. APTERODITA (*platirhingos*) *alis impennibus, reticulatis; macula oculari sanguinea.*  
 Duplo minor priore. Rostrum ad apicem crassius, rectum, capite non longius. Alae tenuissime-reticulatae. Hinc diversa a priore.  
*Ibid.* p. 180. *Tab. 114.*
71. APTERODITA (*Papuae*) *alis impennibus, squamosis; rostro pedibusque rubellis.*

APTE-

*APTERODITA* rostro pedibusque rubicundis; macula occipitali alba. FORSTER *Comment. Gotting. III.* p. 140.

Caput, & collum griseo-nigricantia. Pectus, abdomen, femora, & fascia occipitalis, alba. Alae falcatae, in medio nigrae, margine inferiore albo, exteriore griseo. Irides flavae. Cauda elongata, convergens.

*Ibid.* p. 181. *Tab.* 115.

72. STERNA ( Anaethetus ) *cauda cuneiformi; remigibus reſtricibusque umbrinis.*  
Albo-nigricans. Caput nigro maculatum. Alae subtus griseae. Rostrum nigrum, capite longius: Maxilla superior leniter demum deflexa.  
*In Guinea* p. 125. *Tab.* 84.
73. STERNA ( pileata ) *cauda rotundata; remigibus reſtricibusque nigris.*  
Rostrum longitudine capitis, in acumen sensim attenuatum. Regio supra oculos alba. Crura ubique plumosa.  
*Ibid.* p. 125. *Tab.* 85.
74. STERNA ( multicolor ) *dorso luteo; abdomine albo, maculis lunatis dentatis transversis nigricantibus variegato.*  
Rostrum longitudine capitis; mandibula superiore depressa, apice adunca. Nares lineares. Dimidia pars capitis, & colli alba. Pectus, tectricesque alarum bruneo-rubescentes. Remiges, & reſtrices nigricantes. Dorsum luteum; pennis margine nigris. Alae contractae longitudo fere usque ad apicem caudae. Femora immaculata.  
*Petite Sarcelle. Ibid.* p. 91. *Tab.* 55.
75. PLATALEA ( alba ) *candida; remigibus parte aliqua nigris; pedibus flavis, ad rubrum vergentibus.*  
Statura P. *Aiaiae.* Rostrum bruneo-rubens.  
*Ibid.* p. 89. 51.
76. PLATALEA ( cristata ) *alba; capite crista erigenda, longa; pedibus rubellis.*  
Statura prioris. Rostrum griseo-rufum, margine rubrum.
77. TANTALUS ( rufus ) *facie rostroque virescentibus; iridibus rubris.*  
Fusco-rufus. Pedes basi palmati. Duplo maior *SCOLOPACÆ Rusticola.*  
*Ibid.* p. 85. *Tab.* 47.
78. TANTALUS ( variegatus ) *remigibus nigris; reſtricibus nigro-fasciatis maculatisque.*  
Capitis vertex niger, alibi una cum collo & pectore album, lineis nigris longitudinalibus pictum. Abdomen albidum, fasciis transversis interruptis nigris variegatum. Dorsum & alae umbrinae, albo-maculatae. Cauda griseo-vinosa. Digiſi basi connexi. Esset iuxta LINNAEUM *Scolopacis* species, ob faciem plumosam, sed rostrum *Tantalus* proprium.
79. TRINGA ( fasciata ) *rufo-flavescens; reſtricibus secundariis subquadrifasciatis: fascia singula alterius coloris.*  
Fascia verticalis, alia pectoralis. Alae fuscae; fasciis subquaternis, albis, totidemque nigris.  
*In Indiis* p. 165. *Tab.* 96.
80. TRINGA ( Chirurgus ) *spina humerali; digitis unguibusque longissimis.*  
Minor T. *Vanello;* Pugnax & ista. Remiges nigrae: tribus ultimis pluma alia appendiculatis. Unguis posticus caeteris duplo longior. Digiſtus posticus removet a *Charadriis.*  
*In nova Guiana* p. 81. *Tab.* 45.

81. CHARADRIUS (dubius) *reſtricibus nigris, apice albis.*  
 Habitus *Pluvialis*, sed digitus posticus nullus. Nigra sunt caput, fascia collaris & caudalis, rostrum, pedes. Alba frons, iugulum, pectus, abdomen, femora, apex caudae, fascia verticalis.  
*Ibid.* p. 84. *Tab.* 46.
82. CHARADRIUS (cristatus) *occipite cristato: crista horizontali, reſta, acuminata, rostri longitudinem superante.*  
 Ab apice rostri ad extremitatem caudae tripedalis longitudo. Crista superne nigra, alibi grisea, maculisque nigris arcuatis tessulata. Alulae nullae.  
*Ibid.* in *Cap. bonae spei* p. 86. *Tab.* 49.
83. OTIS (Secretarius) *occipite pennis dependentibus cristato; reſtrice extima toto corpore longiore.*  
 Regio oculorum rubra, pilosa. Rostrum crassum, incurvum, cuius maxilla superior longior. Rictus amplus. Nares nudaе, perviae. Griseo-caerulescunt corpus supra, venter, tectrices alarum. Nigrae sunt remiges primariae, crista & pennae femorum ultimae. Griseo colore tincti pedes, rostrum, irides. Femora apice nuda. Pedes scutati. Digiſi liberi. Avis carnivora, muribus infensa, domestica redditur; hinc moribus & victu ab *Oti* diversa; an non & Genere?  
*In Philippinis, & in Cap. bonae spei* p. 87. *Tab.* 50.
84. PAVO (malacensis) *fusco-cinereus; remigibus secundariis reſtricibusque ad apicem macula caerulea.*  
 Reſtricum ordo duplex. Pedes calcarati. An Edwardi avis *Tab.* 67.?  
*In Ind. orient.* *Tab.* 99.
85. PHASIANUS (Gallus) *MAS crista dentata erecta; palearibus ellipticis; oculorum regione nuda; reſtricibus arcuatis: binis longioribus.*  
 Pedes calcare falcato, subulato, osseo. Faemina absque crista, absque palearibus & absque calcare.  
*Ibid.* p. 153. *Tab.* 94. Spontaneus tandem innotuit.
86. PHASIANUS (Rouloul) *fronte setis senis; occipite cristato; pedibus plumosis.*  
 Vertex albus. Setae nigrae, erectae, arcuatae. Oculi intra circulum album. Abdomen violaceum. Remiges primae lineis crebris, undulatis, nigris variegatae. Rostrum basis flavum, alibi nigrum. Oculorum irides flavae. Pedes flavi.  
*Ibid.* p. 174. *Tab.* 100.
87. TETRAO (Pintadeanus) *nigricans; pectore, abdomine alarumque dimidia parte maculatis: maculis rotundis, albis.*  
 Statura *T. ruffi*. Lora alba undulata a rostri basi ad aures usque producta, utraque extremitate attenuata. Remiges nigrae, fasciatae: fasciis albis, transversis, conicis. Pedes calcarati.  
*Ibid.* p. 166. *Tab.* 97.
88. TETRAO (madagarensis) *reſtricibus nigris, albo-fasciatis.*  
 Pectus nigrum, maculis rotundis albis variegatum. Remiges albo-fasciatae.  
*Ibid.* p. 169. *Tab.* 98.
89. COLUMBA (nitidissima) *remigibus caeruleis; reſtricibus coccineis.*

Pennae

Pennae capitis & colli lamellosae, strictae, acutae, splendidissimae. Oculi regio intense rubra. Dorsum & abdomen colore alarum. Rostrum coccineum. Pedes nigri.

*Ibid.* p. 175. *Tab.* 101.

90. COLUMBA (chinensis) *cinerea*; *rectricibus fuscis*; *crisso nigro*; *pedibus flavis*.  
Collum pone nigrum, maculis pallide caeruleis variegatum. Irides rubrae. Rostrum nigrum.  
*Ibid.* p. 176. *Tab.* 102.
91. COLUMBA (nivea) *macula pectorali, rostro pedibusque rubris*.  
*In Insula Luzon p.* 51. *Tab.* 20.
92. COLUMBA (Luzonica) *grisea*; *macula pectorali sanguinea*; *alis faciiis tribus albis undulatis*.  
Rostrum nigrum. Irides ferrugineae. Pedes violaceo-rubri.  
*Ibid.* p. 52. *Tab.* 21.
93. COLUMBA (cinerea) *lunulis nigris ad latera colli*; *remigibus nigris*; *crisso albo*.  
Tectrices alarum margine luteo-bruneo. Rostrum & irides coccineae. Pedes rubri.  
*Ibid.* p. 52. *Tab.* 22.
94. COLUMBA (myristicivora) *caruncula nigra ad basim rostri*; *remigibus rectricibusque nigris*.  
Caput griseo-caerulescens. Rostrum, collum, venter, dilute griseo colore tincta. Irides pedesque pallide coccinei. Tectrices alarum virore nitidissimo fulgidae. Tectrices caudae albo-lutescentes. Tibiae fere totae plumis tectae.  
*Ibid.* *Tab.* 103.  
Devorat, & disseminat fructus *Myristicae*.
95. COLUMBA (viridis) *remigibus rectricibusque nigris*; *remigum margine luteo*.  
*Mas.* Iridibus circulo duplici, rubro & caeruleo. Macula pectoralis magna, flavescens. Pedes rubri: *Faemina* rostro longiore; macula pectorali nulla; iridibus virescentibus.  
*In nova Guiana p.* 110. *Tab.* 64. 65.
96. COLUMBA (pileata) *remigibus secundariis virore metallico fulgidis*; *macula hemisphaerica*; *viridi-griseoque varia, ad basim alae singulae*.  
Caput pone, & ad latera bruneo rubens; pileo cinereo. Irides luteae. Remiges primariae, rectricesque nigrae. Rostrum pedesque rubri.  
*Ibid.* p. 112. *Tab.* 66.
97. COLUMBA (bicolor) *remigibus totis, rectricibus solo apice nigris*.  
Irides flavescentes. Rostrum pedesque dilute grisei.  
*In nova Guiana.* Edit nuces myristicas.
98. COLUMBA (pulcherrima) *oculorum orbita pileoque coccineis*; *remigibus rectricibusque holosericeo-nigris*.  
Oculorum orbita membranacea. Collum, dorsum antice, pectoris regio superior griseo-caerulescunt. Reliqua pars dorsi & abdomen alarum colore. Irides circulo duplici, rubro griseoque. Rostrum pedesque grisei.  
*Ibid.* p. 112. 113. *Tab.* 67.
99. ALAUDA (malabarica) *crista erigenda*; *pennis collaribus rubris, macula trigona notatis*.  
Pennae, quae cristam constituunt, fuscae, apicibus albis. Rostrum nigrum. Iugulum & venter pallide rufi coloris. Remiges bruneae apicibus subrufis. Pedes rufescentes.  
*In China p.* 203. *Tab.* 113. 1.



100. ALAUDA (grisea) *abdomine, tectricibus caudae reetricibusque subtus nigris.*  
 Habitus F. *Carduelis*. Littura superciliaris nigra.  
*Ibid.* f. 2.
101. TURDUS (malacensis) *remigibus interiore latere nigris; exterioro viridibus; reetricibus supra medium caeruleocephalis.*  
 Caput nigrum. Pone oculos linea caerulea arcuata. Irides coccineae. Rostrum rubescens. Iugulum album. Collum versus basim, una cum dorso, album. Alarum tectrices virides, si contractae fuerint fasciam albam habent. Reetrices infra medium nigrae. Venter pallide rufus. Cryssum ventri concolor. Uropygium coccineum. Pedes flavi.  
*Ibid.* p. 190. *Tab.* 110.
102. AMPELIS (malabarica) *nigra; capite griseo; pectore abdomineque luteis.*  
 Caput, collum, dorsum intense grisea. Iugulum nigrum. Idem color tectricum, reetricum mediarum & pedum. Cauda rotundata.  
 Habitus *Sylviae*, sed nares plumulis tectae.  
*Ibid.* p. 264. *Tab.* 114. f. 1.
103. EMBERIZA (signata) *nigra; macula pectorali rubra; reetricibus quatuor acuminatis, corpore duplo longioribus.*  
 Habitus E. *Viduae*.  
*In nova Guiana* p. 107. *Tab.* 75.
104. TANAGRA (macroura) *capite cristato; reetricibus inaequalibus, corpore longioribus.*  
 Caput, collum, dorsum, cauda griseo-cinerea, cum tinctura lutea. Pectus eiusdem coloris, sed lineis nigris transversis variegatum. Abdomen una cum basi caudae rufescens. Reetrices duae longiores. Rostrum nigrum. Pedes subcarnei.  
 Cristam erigit, & deprimit.  
*Ibid.* p. 116. *Tab.* 74.
105. MOTACILLA (Luzonensis) *nigra; fronte, gula, pectore, abdomine & fascia alarum albis.*  
 Oculi intra aream albam. Pone oculos linea alba, sursum arcuata. Rectrix prima alba.  
*In Insula Luzon* p. 60. *Tab.* 29.
106. MUSCICAPA (caeruleocephala) *capite caeruleo; cauda furcata, apice nigra.*  
 Iugulum, dorsum, tectrices alarum caudaque rubra. Pectus, abdomen, cryssum pallide brunei coloris.  
 Idem color rostri & pedum.  
*Ibid.* p. 57. *Tab.* 26. f. 1. Statura F. *Linariae*.
107. MUSCICAPA (macroura) *remigibus primis caudaque nigris; reetricibus intermediis duplo longioribus.*  
 Statura *Motacillae*. Caput caeruleum. Dorsum, pectus, abdomen grisei coloris. Tectrices alarum griseae.  
*In nova Guiana* p. 58. *Tab.* 27. f. 1.
108. MUSCICAPA (Tessacourbe) *nigricans; alis macula alba, arcuata.*  
 Nigro-caerulescens, alibi griseo-nigra.  
*Ibid.* p. 59. *Tab.* 27. f. 2.

109. MUSCICAPA (Goivier) *nigra*; *subtus fasciaque superciliari albis.*  
*Ibid.* p. 59. *Tab.* 28.
110. MUSCICAPA (panayensis) *pennis capitis collique longioribus & angustioribus.*  
 Statura *Ficedulae*. Caput, collum, dorsum, venter, viridi-nigro, at vario lucis situ in  
 caeruleum & violaceum mutabili colore tincta. Remiges primae rectricesque nigrae.  
 Irides rufae.  
*Ibid.* p. 115. *Tab.* 73.
111. MUSCICAPA (malabarica) *dorso alisque nigris; rectricibus binis duplo longioribus, apice  
 plumosioribus, obtusis.*  
 Statura *F. domesticae*. Rostrum nigrum. Irides rubrae. Remiges griseae. Pectus, venter,  
 teatrices caudae rufo colore tinctae. Cryssum album.  
*In China* p. 196. *Tab.* 111.
112. SYLVIA (lutea) *area oculorum alba; cauda subfurcata.*  
 Griseo-virent caput, collum postice, dorsum, teatrices alarum. Flavescent gula, collum  
 antice, pectus abdomen.  
*In China* p. 205. *Tab.* 114. f. 2. *Sylviae* genus Kleinianum est, male neglectum.
113. SYLVIA (capensis) *grisea; remigibus nigris, margine albis.*  
 Nidus arboreus, ellipticus, ex gossypio ibidem ignoto, unde *Faemina* exeunte *Mas* subito  
 ingreditur.  
 Pag. 116. *Tab.* 208. f. 1.
114. PARVUS (Nelicourvi) *capite gulaque luteis; remigibus rectricibusque nigris.*  
 Statura *F. domesticae*. Collum antice luteum. Lora ad angulum rostri pallide viridis. Nuca  
 viridis, eiusdemque coloris dorsum, & cryssum. Abdomen griseum. Teatrices caudae ru-  
 fo-violaceae. Irides luteae. Rostrum pedesque nigri.  
 Nidum suspendit paleis, aut iuncorum culmis, saccatusque est locus, per quem avis in-  
 greditur, a quo demum angusta via patet ad pullos.  
*Ibid.* p. 200. *Tab.* 112.
115. HIRUNDO (gutturalis) *supra nigra, subtus alba; gula & fronte flavescens.*  
 Habitus *H. ripariae*. Fascia angusta, nigra distinguit maculam gutturalem a reliqua colli  
 regione.  
*In nova Guiana* p. 118. *Tab.* 76.

## FRINGILLA ALPINA.

## TAB XVIII.

FRINGILLA (alpina) LUTEO-VIRIDIS; GENIS CINERASCENTIBUS; CRISSE ALBICANTE.

STATURA *FRINGILLAE Spini*.

IN UTROQUE SEXU Abdomen luteolum cinerascens. Regio occipitis, et colli antica ac postica pariter cinerascens. Dorsum obscurius. Alarum fascia viridilutea. Remigum nigrantium margo exterior luteo-viridis. Rectrices fuscae.

MARI color magis luteus. Evidentius cinereae sunt genae et occipitis regio. Dorsum viridiluteum, fuscoque nebulosum. Gula una cum pectore luteovirens.

FEMINAE colores minus elegantes. Dorsum obscurius. Fascia alarum minus evidens.

*OBSERVATIONES.* Utrumque sexum obtinui, sed cauda pedibus rectricibusque in itinere omnino detritis, ut coactus ideo fuerim partes hasce, ex *FRINGILLA Spino* desumptas iconi addere, quibus maxime accedunt. Hanc Aviculam iam ante plures annos in *ANNO MEO I. HIST. NATUR.* sub nomine *EMBERIZAE brumalis* proposui, quam nunc attentius examinatam ad *FRINGILLAE* Genus pertinere cognosco. Nidificat in frigidioribus alpinarum Sylvarum latebris, in quibus nidificationis tempore, nec alibi occurrit. Migrat Octobri et Novembri in unicam, nec in plures familias, congregata; volatu canoro, rauco, arguto. Stolidi Volucris alterius cantu facillime allicitur, capiturque virgulis visco obductis. A Tridentinis dicitur *Citronello*, ideo tamen cum *FRINGILLA Citrinella* LINNAEI minime confundenda, cui pedes incarnati. Vicitat seminibus praesertim oleosis.

*EXPLICATIO TABULAE XVIII.*

A. Mas.  
B. Femina.

[ 19 ]

# INDEX

TO THE

TRIVIAL NAMES OF BIRDS APPLIED

IN

SCOPOLI'S

'SPECIMEN ZOOLOGICUM'.

	No.		No.		No.
alba, Platalea	75	holosericeus, Xanthornus	36	papou, Psittacus	18
albiventris, Alcedo	54	indicus, Vultur	11	papuae, Apterodita	71
albus, Lanius	15	leucothalmos, Psittacus	25	penicillata, Paradisaea	39
anaethetus, Sterna	72	lineatus, Oriolus	34	phillippinus, Lanius	12
ater, Psittacus	29	longirostris, Apterodita	69	pica, Buceros	32
bicolor, Columba	97	lucidus, Picus	51	pileata, Columba	96
birostris, Buceros	31	lunulatus, Psittacus	24	pileata, Sterna	73
bruneus, Merops	59	lutea, Certhia	66	pileatus, Psittacus	21
caerulea, Gracula	42	lutea, Sylvia	112	pintadeanus, Tetrao	87
caeruleocephala, Muscicapa	106	luzonensis, Motacilla	105	platirhingos, Apterodita	70
calvus, Vultur	10	luzonica, Columba	92	polychloros, Psittacus	27
canora, Certhia	61	luzoniensis, Trogon	44	pulcherrima, Columba	98
capensis, Sylvia	113	macroura, Muscicapa	107	pumilus, Psittacus	26
caromandeliana, Alcedo	53	macroura, Tanagra	104	quadricolor, Certhia	67
chalybea, Certhia	68	maculatus, Picus	52	quianensis, Psittacus	20
chinensis, Columba	90	madagarensis, Tetrao	88	radiatus, Vultur	9
chinensis, Lanius	17	magnifica, Paradisaea	40	rex, Paradisaea	37
chirurgus, Tringa	80	malabarica, Alauda	99	rouloul, Phasianus	86
cinerea, Columba	93	malabarica, Ampelis	102	ruber, Lanius	14
cingulatus, Psittacus	22	malabarica, Muscicapa	111	rufus, Lanius	16
coccinea, Certhia	63	malacensis, Certhia	62	rufus, Tantalus	77
collaris, Alcedo	56	malacensis, Pavo	84	secretarius, Otis	83
cothurnix, Oriolus	33	malacensis, Turdus	101	signata, Emberiza	103
cristata, Gracula	43	maximus, Merops	60	signatus, Psittacus	19
cristata, Platalea	76	melanopterus, Psittacus	23	superba, Paradisaea	38
cristatus, Charadrius	82	menstruus, Picus	50	tessacourbe, Muscicapa	108
dubius, Charadrius	81	merulinus, Cuculus	48	tridactyla, Alcedo	55
fasciata, Tringa	79	multicolor, Sterna	74	trigonostigma, Certhia	64
flaviventris, Cuculus	46	myristicivora, Columba	94	undulata, Alcedo	57
gallus, Phasianus	85	nasutus, Lanius	13	variegata, Alcedo	58
goiavier, Muscicapa	109	nelicourvi, Parvus	114	variegatus, Cuculus	45
grisea, Alauda	100	nitidissima, Columba	89	variegatus, Tantalus	78
grisea, Certhia	65	nivea, Columba	91	viridis, Columba	95
guenbyensis, Psittacus	28	ocellatus, Oriolus	35	viridis, Cuculus	47
guineensis, Picus	49	panayensis, Buceros	30	viridis, Paradisaea	41
gutturalis, Hirundo	115	panayensis, Muscicapa	110		







